



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Corpora Sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Secundò, spatio triginta annorum. Ter-
tiò, spatio decem annorum. Quartò,
quando bis judicatum fuerit super illa,
Novel. de iure protim. §. 6. & 9. à num. 4.
& infra. gl. in c. cùm in tua, in ver. consue-
tudo, da consuetud. lib. 6. Covat. lib. 1. cap.
17. n. 8. art. 4. & 10. ver. resol. quod no-
ta pro his, quæ dixi in ver. Legatum, §. 8.
Quinto, contra Capitulum, Ecclesiam,
& universitatem, non introducitur con-
suetudo minus, quam spatio quadragin-
ta annorum. Gram. decis. 5. 37. vide Iter,
in usu send. rubr. de his qui send. dare pos-
num. 5. Secundò, ad hoc, ut consuetudo
inducat vinculum, & valeat. Spatio de-
cem annorum, requiritur, ut sit ratio-
nabilis, & non contrajus, Gloss. in c. ut
litigantes, in ver. statuimus, de offi. Ordin.
libr. 6. Gemin. in c. cùm in tua, de consti.
lib. 6. ver. 2. nota ex Gloss. sed sufficit, ut
sit præter jus, Gloss. loc. cit.

CANDELA BENEDICTA.

SUMMARIUM.

1. Candelabrita, que datur fidelibus
in die purificationis beatæ Virginis
primò est videndum, quid significet.
2. An possit prescribi, ut de obligatione
presbyteri teneantur illam dare.
3. An debeat deferri domum, si quis nolle
ire ad Ecclesiam, ad illam accipiendā.

AD primum. Conc. provinc. Bene-
vent. dicit quod significat synce-
titatem beatæ Virginis, quæ lucem edi-
dit, quæ illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum Jo. 3. 19. &

c. 8. Luc. cap. 2. ubi Christus Dominus
noster vocatur Lux, & Lumen

Ad secundum. Negativè responderet
Sylvest. in ver. decima, n. 7. versi. quin-
tum, quicquid dicant alii Simon. quos
ipse citat pro parte contraria, & Fel. in
cap. ad Apostolicam. de simon. Sylvest.
affert rationes validas, quod non potest
præscribi: faciunt quæ dicuntur infe-
rins, in vers. præscriptio, §. 3.

Ad tertium. Idem Conc. Benevent.
prohibet, ne deferatur domum, sed tra-
datur solum his, qui in Ecclesia inter-
erunt, & eam accipiant ibi, & in proces-
sione deferant, idem Conc. prout Me-
diolan. 3. ca. de Sacramen. & duo Con-
cilia provincialia Compzana, nisi primò
Ecclesiastarum patronis, per c. præterea, de
jure patr. Secundo ægrotis, argum. c. 44-
xico, de cler. non resid. libro 6. Tertiò, iis
qui legitimo urgente impedimento ab-
fuerint, si alias eodem die in Ecclesia
pro ea re adesse consueverint, ita Concil.
Mediol. loc. cit.

CORPORA SANCTORUM.

PRIMÒ, Corpora Sanctorum non
possunt transferri de loco ad locum
sine licentia Episcopi, ita Conc. Mogunt.
Can. 51. vide Sylv. in ver. reliquia, per torū.

Secundò, reliquia de novo inventæ
non sunt veneranda in publico sine li-
centia Sedis Apostolicæ, & quomodo
hoc intelligatur, vide Panorm. in cap. fin.
derelig. & vener. Sanct., & an transferen-
dæ de loco in locum, vide præter Do-
ctor. Navar. consi. 9. de sepulturis.

Tertiò, reliquias Sanctorum in ora-
torio

P

torio

C A P I T U L U M.

torio in capsulis honestè asservare, ac in collo devotè portare licet, cessante omni superstitione. Navar. conf. 1. de relig. & venerat. Sancti, et si non traditæ perpetuae.

Quartò, sepulturæ possunt transferri de loco ad locum, sine alicuius licentia, hoc tamen intellige, nisi adhuc alicuius prælati prohibitio, sicut audivi esse Romæ, sub pœna excommunicationis.

C A P I T U L U M.

S U M M A R I U M.

1. In hac materia dicam paucā pro practica quotidiana. Primo quando Capitulum possit dare literas dimissorias Sede vacante, ad ordines Ecclesiasticos.
2. An literas Clericis ad studium ire voluntibus dare possit.
3. Quando debeat eligere Vicarium Sede vacante.
4. Quando dare possit Indulgentias.
5. An possit conferre beneficia.
6. An insinuere praesentatos ad ius patronatus.
7. Quando ex Capitulo Episcopus possit eligere duos Canonicos, ut sint depositari Seminario Clericorum.
8. Quando consensus Capituli requiratur ab Episcopo in causis criminalibus, & in alienationibus rerum ecclesiasticarum.
9. Quot Canonicos possit accipere Episcopus ex Capitulo pro suis servitiis.
10. An Episcopus possit cogere, ut omnes Ca-

- nonici sint Sacerdotes.
11. An Episcopus possit compellere Canonicos, ut ei assistant, quando celebat private, velextra Ecclesiam Catholicam.
 12. Quando, & in quibus Episcopus debeat addibere consilium Capituli.
 13. Quæ dicatur major pars Capituli, & an minor pars possit contradicere majori parti.
 14. An appellatione Capituli veniant inferiores Pralati, vel Dignitates, vel Personatus habentes.
 15. An Capitulum, seu Canonici possint facere statuta sine consensu Episcopi.
 16. An singuli de Capitulo pro obligatione Capituli conveniri possint.

AD primum. Vide Conc. Trid. sess. 7. capit. 10. de reform. ubi dicit duo principia. Primum, Capitulum infra annum non posse dare licentias, seu dimissorias ad ordines Ecclesiasticos; ergo transfacto anno potest.

Secundum, a statis beneficiis, tam habitis, quam habendis, potest infra annum, prout in cap. licet Canon. de elec. lib. 6. sed hoc intelligi etiam de Vicario electo ab ipso Capitulo qui gerit vicem ipsius, vide etiam circa hoc c. 10 sess. 27. de refor. Rebuff. pract. benef. tit. de devol. num. 67. & hoc ampliatur etiam in Capitulo habente territorium distinctum & exemptum, ob immemorabilem possessionem, & sint Judices ordinarii, ita sac. Congreg. Episcopo Salamantino de s. Julii, 1575.

Ad secundum. Respondeatur affirmativè.